Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum suc:
cubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non comple:
ta complenda citatus existens memoratus Recognoscens
Nobilis Tymko Smereczanski Lesiowicz sive eius successores
2006 Ad instantiam præfati Venerabilis Theodori Jaminski
Præsbyteri Cessionarij sui vel eius successorum ad officium
præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex hinc reces:
su suprascripto quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino tanquam peremto:
rio stare, comparere, respondere Vadium præfatum luere
Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati de:
bebit et tenebitur seq ac suos successores, ad eadem omnia
inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes cau:
sa eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infir:
mitate pro maiori minorennitate successorum lega:
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad armi:
menta ad Curiam vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietatio:
nem præterea Ultra proximos officij præfati Castrensis Ca:
pitanealis Præmisliensis Terminos dilationem sibi non
recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum
prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis
simplicibus vel duplicatis, evasionibus suspensionibus falsi:
tatis Juris prælcriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis
omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec
modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti perso:
nali Recognitione ad præmissa omnia et singula
mediante.

Sloniewski et Zachczynski
mutuo Interceisam Roborant et stabiliunt
Comparentes.

Comparentes personaliter Coram officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Nicolaus Słoniewski ab Vna et Samuel Zachczynski par: 2007
te ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capita: 1247
neali, Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet Seum Successoribus ac bonis suis generaliter omni: bus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam, liberè, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum Seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Suprascriptus Generosus Zachczynski Suo et Generosae Catherinae Czechowska Consortis suae legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se praesentibus inscribunt nomine sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri cum posteris Vtriusq partis se ac suos Successores in et super bonis suis ge: neraliter omnibus Summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentes et praefatam Generosam Catharinam Czechowska Vnius Recognoscentium Consortem, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die Decima septima Augu: sti anno praesenti confectam et conscriptam manibus sui Reco: gnoscentium proprijs ab Vtrinq subscriptam in omnibus et sin: gulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, arti: culis Vadio ligamentis, ac nexibus generaliter Vniuersis firmiter, tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obserua: re, omnibusq et singulis eius Contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam Vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio.

+

summâ Triginta Millium Florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus Vtriusq́ partis ob non Completionem Contentorum Interciså præfatâ omnium et singu-
2000 lorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbendo. Nihilominus Suprascriptus Generosus Samuel Zachczynski Vnus Recognoscentium debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq́ pecuniarijs quibusvis habitis et habendis memorato Generoso Nicolao Sloniewski eiusq́ posteris inscribit et obligat præsentibus Suprascriptam Generosam Catharinam Czechowska Consortem Suam legitimam cum personali sui Recognoscentis assistentia Vel in eventu mortis Successores illius ad approbandam per ipsam Inscriptionem præsentem Roborationem, Vel aliam similem suo pro interesse faciendam ad Acta quævis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter Statuere, ab eaq́ Vel eius successoribus Vt præmissa debite exequantur efficere, Idq́ Sub alio simili et speciali Vadio Triginta Millium Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Samuelem Zachczynski Sive eius posteros Suprascripto Generoso Nicolao Sloniewski Sive eius Successoribus ob non Statuitionem præfatæ Generosæ Catherinæ Czechowska Consortis suæ Statuendæ, Vel in eventu mortis Successorum illius pro tempore et loco Superius expressis ad solvendum Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio Vel Vadijs modo præmisso ad Solvendum Succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis Interciså præfatâ non Completa Complenda præfataq́ Consorte Sua Statuta non Statuenda Citatus existens memorata Pars Vna præmissa non tenens Sive eius Successores ad Instantiam Suprascripti

~~Generosi~~

[illegible] aut eius posterorum ad officium praedtus Castrense Capitaneale, Praemysliense ex hoc 2009
recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Vadium vel Vadia praetacta luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos successores ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium vti et alios omnes exinde Consequentes, causae eiusdem Terminos semper peremptorios. Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo, ad Quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibq fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alioquouis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zachczynski Sloniewskim Cedit et Stauet 1247

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosq Samuel Zachczynski sanus mente et corpore existens